UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

R. P. Maximiliani Sandæi E Societ. Iesv Doct. Theol. Paradisvs Amantium, Colentium, Imitantium Christvm Crvcifixvm

Sandaeus, Maximilianus

Coloniae, 1648

63. Cum Crucem gestat è collo, Crucifixi virtutes imitari conatur. Alioqui parum istud solum prodest ad salutem æternam.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-55065

Visual Library

animam CHRISTO feliciter expirans tranſmiſit. Expeditio deinde ſuſcepta vtilis fuit indigenis, ex ijs multis ad CRVCIFIXVM conuerſis.

Hiſtoria Indica, Synopſis primi Seculi Societatis Iacobi Damiani lib. 5. cap. 15.

III.

AMATOR CRVCIFIXI

dum Crucem geſtat è collo, Crucifixi virtutes imitari conatur: aliqui parum iſtud ſolum prodeſt ad ſalutem æternam.

63. *Cruces multi geſtant in thorace pallio pileo. Expeditio Mogorica.*

MVLTORVM id exemplis probatur, qui argenteis, aureis, gemmeis CRVCIBVS è collo pendentibus ſunt illuſtres. Vnius hic pono abſq; offenſione, quia alterius orbis, aut partis à nobis remotiſſimæ.

ANNO M.D.XCIV. Hieronymus Xauerius, & Patrui Franciſci virtute & propriâ notus, ſimulque Emmanuel Pignerus Societatis IESV Patres profecti ſunt ad Mogoricam expeditionem: quibus adiunctus fuit Benedictus Goes frater: antea miles; ſed ad IESV Militiam Trauancore eiuſdem lacteis Pueruli lacrymis adductus. Ante DEIPARÆ iconē fundebat preces, ſcelerū ſuorum veniā ex-

Benedictus Goes è milite Religioſus.

expoſcens: lacrymari cœpit Benedicti dolore Diuinus Puſio, collacrymari ſuo Benedictus, & ei ſe tradere adeò tenere inuitanti. Cum Hieronymo & Pigneto Lahorem Mogoriæ Metropolim quinto menſe progreſſus, omnia inuenit, præter Regem, qui aduocarat.

Rex erat Echebar conſtanter inconſtans, amicus, vt videri volebat, CRVCIS & CRVCEM colentium, ideoque tertiam hanc expeditionem Mogoricam procurarat, ſed ſolita in vitium procliuitate, infructuoſam fecit Religionum omnium cupidus captator, nullius cultor obijt, præterquam Chriſtianæ. Sed colebat, quam ſeruare nolebat, niſi ſuo arbitratu mitigatam. Eius rigorem aliarū laxitate mollire conabatur demens, & monſtrum condere, vnâ præſertim polygamia fœdum. *Rex Echebar inconſtans.*

Paternæ filius inconſtantiæ, vt Imperij, ſic heres fuit, quamuis CRVCIS prædicatores, & Amatores CRVCIFIXI. Patres Socios obſeruaret, & aureā ipſe è collo geſtaret CRVCEM. Ad quid profuit abſque vitâ CRVCIFIXI legibus conformi? ad damnationem maiorem. *Auream Crucem geſtat profanus.*

Litteræ Indicæ. Iacobus Damianus in Synopſi Societat. lib. 5. cap. 30. § 2. *p.* 287.